litia quomodo ~~vera dicat~~ vel cogitare de veritate possis?
mendacium refugit veritatem dicere. At quomodo tu ~~fer~~
verbis tuis adhibere fidem potes, qui totus es mendacij offi-
cina? At ego multo alia te, quam quæ dicas, sentire
ratus, multo te magis sanæ sobriæque mentis compotem
puto, quam qui forte te his, quæ dicis, assentiri fingat.
Quod si enim hæc placita ex mal~~is organis~~ orum membrorum ministerio nata
atque eam ob causam mala sunt in seipsa atque ~~falsa~~ falla-
cia: quomodo, ut in malis, non multo levius sit pla-
ne contraria verbis amplecti, quam simul cum lingua
mentem quoque perdere? ~~Duo~~ De duobus principijs illa
loquitur. Unum cogitare decebat. Adversi Lex Gratia
dicitur. Utriusque concordiam praedicare putetur. Grex
Prophetarum pravus est. At undenam quis magis cogno-
scat bonum esse? Corpus eadem fingit esse mali autho-
ris. Satis est ~~ad~~ hoc validum argumentum, a benigna
idem manu esse. Cernitis profundissimam insaniam,
maximamque impietatem cogitationum, quæ nulla ratione
neque in fictis illis invenire præsidium queunt. Atque
ideo neque auribus etiam ~~ulla ratione~~ prorsus admonitionem adhibere libet ~~vult~~
~~vult~~, quam eadem causa, quae jure insanabilis di-
citur, et hos occupaverit. At dixerim quidem ego,
siquidem hac ratione [auribus nimirum] salutiferas
admonitiones admittat, ~~si eum~~ [Hæreticus] sic eum
quendam ad priscum bonumque ~~indolem~~ ingenium redeundi
auspicia quædam habiturum: sin minus, in seipsum illum
inevitabile suffragium ferre, qui ex bona creatione
ad pravam se totum transdiderit, atque illam ~~ut~~ in pravam
mutationem secutus sit, quum quidem deceret ~~pror~~ bonum
prorsus servare ab omni mutatione liberum. Proinde

nequaquam